



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Ecclesiæ typus uinea.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

**D**icentibus Apostolis, Luc. 22. ecce duo  
gladij hic, non respondisset dominus, satis  
est, sed nimis est. Vterq; ergo ecclesia,  
& spiritualis scilicet gladius, & materialis.  
Sed is quidem pro ecclesia, ille uero & ab eccle-  
sia exercendus est. Ille sacerdotis, is militis ma-  
nus, sed sane ad nutum sacerdotis, & iussum im-  
peratoris. Bernard. de confide. lib: 4. &c.

## ECCLIESIÆ CATHOLI.

typus est uinea.

**D**icitur ecclesia nouelletum domini, nun-  
quam enim sterile scit, Malac. 3. Et psal. 79. dicit propheta regius: Vineã ex Aeg-  
ypto transtulisti, & plantasti: radices & arbu-  
sta eius, & replesti terram, operuit montes um-  
bra eius, & arbusta eius cedros dei, extendisti  
palmites eius usq; ad mare, & usq; ad flumẽ pro-  
pagines eius. Et Esai. ca. 5. uinea facta est dilecto  
in cornu in loco uberi & macerie circũdedi etcir-  
cũfodi uinea Soreth. Vinea illa dedit fructũ suũ in  
copia. Hãc subplãtauit maschiah et Adonai  
hoc est, Christus domini, et cruore suo irrigauit &  
confirmauit. Vinea illa maxima copia fructuario-  
rum palmitum spem pollicetur certam, quamuis

De uinea  
domini ui  
de Au. de  
uerbis do.  
ser. 59. &c.

E 5 illis



illis ferè nouissimis temporibus maligne successus  
hactenus responderit. Vineam illam, inquam, do-  
mini hactenus indissolubilis permansit, solida,  
stabilitatis perpetuae, auctoritate fulcita est:  
Quam uniuersae conditor creaturae tanta com-  
plectitur charitate, ut nullus spiritus tempe-  
statis neque procella aduersus eam praeualere  
possit. Vineam illam exoticis ampelis uiticulisque  
non conferitur, nullum peregrinum seminari-  
um aliunde in hoc nouelletum infertur, respuit  
peregrinas uites. Agricola nutu (γρογγύ  
græce) per se huberes, pulchros, dulces, atque  
perpetuos fructus profert: Illam elegit sponsus:  
Hanc omnigenis charismatibus secundauit: Hæc  
sterilis fit nunquam, &c. In hac uinea unani-  
mi consensu prædicarunt Apostoli Christum  
gentibus: Hanc fortis fidei agonista ecclesie  
Christi primus antistes fideliter docuit: Quæ  
omnia ab Apostolis accepta illibate custodie-  
runt pii adusque sua tempora, id quod Irenæ-  
us Lugdunensis, Anno 185. sub Commodò, Se-  
uero: atque hunc secutus Augustinus, factum esse  
ingenue fatentur. De uinea domini Hierem.  
2. 12. Matth. 10. Luc. 13. Marc. 12. &c.  
Sed qui sunt agricolæ quibus uineam locat do-  
minus excolendam nisi sacerdotes Ad gloriam  
quidem



quidem, si diligenter vineam Dei, id est, popu-  
lum eius tractauerint: ad periculum autem, si  
negligenter, inquit, D. Chrysoſto: in Matth. ho-  
mil. 40. &c.

## ECCLÉSIA cœlum Electorum.

**E**lectorum cœlum ecclesia dicitur: Apoca-  
lyp. 8. & 12. Quod confirmat Gre. Moral.  
lib. 30. cap. 24. dicens. Cœlum ecclesia uo-  
catur electorum, quæ ad æternam contempla-  
tionem sublimatur surgentesq; ab infimis co-  
gitationum tumultus premit: atque intra se Deo  
quoddam silentium facit. Quod quidem silen-  
tium contemplationis, quia in hac uita non po-  
teſt eſſe perfectum factum dimidia hora dici-  
tur, &c. Eadem corroborat Diuus Auguſtinus,  
dicens. In ecclesia incarnationis Chriſti my-  
ſteria patefacta ſunt, unde ostenditur ecclesia  
cœlum eſſe: hæc ille ſuper locum Apocalypſ.  
cap. 12. &c.

## Ecclesia ciuitas ſupra montem.

Sic